Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Et in A. ergo hic primus incipit tropus in introitibus aliquando plures tonum remittitur intenditur et remittitur ad G. ut introitus. Scio cui credidi. Aliquando ab ipso A. remittitur introitus ad F. ut introitus Sapientiam sanctorum. Aliquando ab A. remittitur ad F. et a G. ad D. ut introitus Salus autem iustorum. Gradualia. Alleluia et Offertoria in hoc quarto tropo talis principio caret. Sed Co. quidem ab ipso incipiens A. ad C. quarto intendit cum diapente remisso ad G. ut hic Co. Ego vos elegi



~. De principiis tropi secundi In introitibus:

Secundus tropus in introitibus suis habet principia quinque scilicet A. C. D. F. E. F. [illegible] In A. [illegible] in introitibus suum initium habet hic tropus aliquando uno intervallo semiditoni intendit ad C. cum tono intenso ad D. remisso atque intenso. ut Introitus Cibavit eos ex adipe frumenti. Aliquando post intensionem praedictam ad D. intendit tonus ad E. et remittitur ad D. ut Introitus Salve sancta parens. Veni